

1160 usque ad gradus monasterii adducit eique descendendi
 stepam senet, deinde per dexteram manum, patri-
 archa vero per sinistram, usque ad altare adducunt
 et ibi laudibus Dei solutis et Victore iam papa supra
 cathedram suam residente dominus imperator pedem
 eius salutatur, munera offerunt, aliis principibus
 id ipsum facientibus. His ita perfectis per diversa
 regna ad diversos reges qui hec annuntient et con-
 firmant diversi mittuntur nuntii. Coloniensis archi-
 episcopus in Franciam ad regem Francie, Mantua-
 nus¹ in Angliam, Daniel, Pragensis episcopus, in Un-
 gariam ad regem Ungarie mittitur et alii nuntii in

diversas regiones mittuntur.² In festo pasche pre-
 dictus episcopus Pragensis a Luca archiepiscopo et ab
 aliis Ungarie episcopis sicut nuntius pape et impera-
 toris papalibus ornamentis insignitus cum processione
 suscipitur, deinde ad regem suum cruce precedente ad-
 ducitur, a quo honeste suscipitur, salutatur, legationem
 perfert, qua relata ad hospitium honeste deducitur,
 benigne tractatur. Tempus et dies responsionis ad-

1) Garsidonijs, libro ipse regl. Jaischiel i, pag. 1.

2) Ann. 16. feb. ipse Daniel nuntius pape in N. 3892.

10 P

Ann., p. 10.

profect. Hart.